Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

bilis. alter primicerius. nolentes sacrificare ydolis
a decio occisi sunt. corpora eorum iuxta viam appiam sunt
posita. Depositio domini Alcwini.
G Rome via salaria natalis s. Basille virginis marcis
que cum esset ex genere regio et haberet sponsum
illustrissimum nomine pompeyum. per beatos Eugeniam
et servos dei prothum et Iacinctum conversa ad fidem 180
accusata est a prefato sponso suo quod esset xpiana.
Decreuit continuo Galliensis imperator quod tunc preesse
videbatur ut eciam aut sponsum reciperet. aut gla
dio interiret. Conventa de hoc. respondit se regem
regum habere sponsum. quod xpus filius dei est. Et cum hec
dixisset. gladio transverberata est. In gallijs civi
tate nemauso. natalis Audely. qui a paganis deorum
suorum sacrificia celebrantibus comprehensus. cum sacrifi
care nollet. et in fide sua immobilis in verberum et
tormenta persisteret. martyrij palmam per gloriosam mortem percepit.
Item Iulie virginis. quam quidam infidelis potens ra
puit. Et cum sanctam Iulia ei consentire nollet. primo ala
pis cedit. 2o crinibus suspendit et flagellavit. 3o
in cruce suspendi patibulo iubet. Illa autem in omnibus
hijs dominum ihesum xpum testem corsputum. flagellatum. cru
cifixum benedicebat. Et sic illa orante. ex ore eius ānā
in columbe specie astra petit. et sic in patibulo crucis
feliciter in ihesu xpo obijt.
A In mauritania cesariense. natalis sanctorum Timothei 181
poly. et Eutity diaconi. qui apud prefatam urbem
verbum domini disseminantes. pariter coronari meruerunt.
Item apud Cesaream cappadocie natalis sanctorum
polioti. Victorij. Donati. In Affrica. Casti.
et Emily. qui per passionis ignem martirium consummaverunt.